

S. HÆRESIS.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quid dicantur proprie hæreticus. Et quid si quis asserat, fornicationem non esse peccatū mortale. ibidem. Et quid si contendat, periurium non esse mortale peccatum ibidem.
- 2 Quæ requirantur ad hoc vt quis dicatur hæreticus.
- 3 Et an ore negans Christum, & corde credens, dicatur hæreticus.
- 4 Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, & in eo solus Index Ecclesiasticus est competens.
- 5 Et quis inter ecclesiasticos sit index competens. Et an solus Inquisitor, vel Episcopus possit inquisitū de hæresi absoluerè. ibidem.
- 6 Et an iudex ecclesiasticus condemnet hæreticum ad penam ignis.
- 7 Hæretici igne sunt comburendi.
- 8 Et quid si peniteat.
- 9 Et an liceat penitere etiam post condemnationem.
- 10 Et quid si dicat se nunquam fuisse hæreticum, & tamen testibus conuincatur de hæresi.
- 11 Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus.
- 12 Bona condemnatorum de hæresi confiscantur.
- 13 Et cuius applicentur.
- 14 Et an confiscentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum.
- 15 Matrimonium propter hæresim separatur. Et an viro redeunte ad fidem, teneatur vxor ad virum redire. ibidem.
- 16 Clericus hereticus, & eius filij priuantur omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis.
- 17 Et an pena statuta contra filios hæreticorum habeat locum etiam contra illos, qui nati sunt antequam pater esset hæreticus.
- 18 Hæreticus non est seruanda fides.
- 19 Aduocatus, & Procurator an possint pro hæreticis interuenire.
- 20 In causa hæresis sufficiunt minores probationes, quam in alijs criminibus. Et an sufficiant testes singulares. ibid. Remissiuè.
- 21 De crimine hæresis potest etiam post mortem inquiri, & defuncti memoria damnari.
- 22 Papa potest de hæresi accusari, & condemnari.
- 23 Hæreticus occultus an incidat in penas hæresis.
- 24 Quæ facta sapiant hæresim manifestam.
- 25 Sortilegia an sapiant hæresim, & possint ab inquisitoribus puniri.
- 26 Et qua sit pena sortilegij.

Ex Additionibus.

- 1 Hæreticus qui proprie dicatur, & quibus signis demonstratur, remissiuè.
- 2 Et quando dicatur conuictus de hæresi, remissiuè. Hæresis an probetur per testes singulares, remissiuè. n. eod. Et semel tortus pro hæresi quado possit tertio repeti, & quo gradu tortura, ac de protestatione, iudicis antequam torqueatur, remissiuè. num. eod.
- 3 Et de abiuratione faciendò, & penitentia imponenda abiurato, remissiuè. Hæret. quando censetur relapsus, & de relapsu, verè, vel fictè, remissiuè. num. eod. Et quomodo procedatur reo recusante abiurare, remissiuè. num. eod. Et qualiter agendum sit contra pertinaciter loquentes, & defendentes errores, remissiuè, num. eod.
- 4 Christianus centum, & quinquaginta vno casibus dicitur

- hæreticus, remissiuè. Hæresis atrocitas, remissiuè, num. eod. Hæresis Iudices qui sint, remissiuè num. eod. Et inquisitores quæ possint, & quæ non, remissiuè, num. eod. Et de Iudicibus secularibus, remissiuè. num. eod. Et quæ leges in eo crimine sint seruandæ, remissiuè. num. eod. Et quomodo formentur processus, remissiuè. num. eod.
- 5 Et qualiter procedatur per inquisitionem, aut denunciationem, remissiuè. Et de exceptionibus, citatione, & carceratione, remissiuè. num. eod. Et procedendum est suminarie, & de plano, nu. eod.
- 6 Hæreticus manifestus, notarius, occultus, & deprehensus qui, remissiuè.
- 7 Hæreticus an sit iudicandus retinens penes se libros prohibito.
- 8 Hæretici an dicantur inuestigantes furta cum phiala, candelis accensis, & similibus, remissiuè.
- 9 Et an eius cognitio pertineat ad officium inquisitoris.
- 10 Hæreticorum pena quæ sint, remissiuè.
- 11 Hæresis abiuratio quomodo sit faciendâ, remissiuè. nu. 4. Hæretico incontinenti reuerso, parciatur, nu. eod. Et quando dicatur incontinenti reuersus, remissiuè. nu. eod.
- 12 Hæresis pena quando possit augeri, cumulari, minui, aut commutari, remissiuè.
- 13 Vniuersitas hæreticas quomodo puniatur remissiuè. Hæreticorum receptatores, & fautores quibus penis officiantur, remissiuè. nu. eod. Sententia contra hæreticos qualiter ferenda, remissiuè. nu. eodem.
- 14 Index laicus in puniendò conuictum de hæresi tenetur stare sententia iudicis ecclesiastici.
- 15 Iudex quando de hæresi puniri possint.
- 16 Inquisitus ex sola sua confessione condemnari nequit, & numero 39.
- 17 Sententia declaratoria dicitur equipollens condemnatoriâ.
- 18 Hæresis abiuratio, vel purgatio quomodo faciendâ.
- 19 Pena ignis puniendus viuus concrematur.
- 20 Hæreticus vsquequo ad penitentiam admittitur, remissiuè.
- 21 Et quis censetur relapsus, ac seculari brachio tradendus, remissiuè. Et an relapsorum penis, remissiuè. num. eod. Et quando relapsi morte feriuntur, remissiuè. nu. eod.
- 22 Et quis sint impenitentes, ac pertinaces, & qualiter puniendi, remissiuè.
- 23 Hæreticorum bona ante delictum acquisita preuia declaratoria iudicis confiscantur.
- 24 Et immobilia fisco loci vbi sunt applicantur.
- 25 Hæreticorum bona quando eorum filijs referuntur remissiuè.
- 26 Hæreticorum aduocatus, & procurator, se iustus tantum defensionibus vsuros, iurare debent. Hæreticorum defensione, remissiuè, num. eod.
- 27 An liceat vnicuique interficere hereticos.
- 28 Hæresis quomodo probetur, remissiuè.
- 29 Et quid operentur presumptione, & suspitiones, remissiuè.
- 30 Et quæ sint in eo crimine specialia, remissiuè.
- 31 Et quomodo, & cum quibus inditijs procedatur ad torturam, remissiuè.
- 32 Hæreticus intra quinquennium, post mortem accusatur. Et qualiter sit procedendum, & sententiandum, remissiuè, num. eod.
- 33 Et an heredes possint appellare remissiuè.
- 34 Imperator per solum Papam potest deponi.
- 35 Hæresis cognitio contra Papam, & Principes, quando, & quomodo fieri possit, remissiuè.
- 36 Sortilegia an sapiant heresim, remissiuè.
- 37 Et quæ sit pena prebentis poculum amatorum, ex quo preter propositum mors secuta est, remissiuè. Et quid seruetur hodie apud sanctum officium, remissiuè. numero eodem.
- 38 Sortilegij pena.
- 39 An infirmus petens hostiam non consecratam est hereticus

ADDI.

ADDITIONES

Ad §. Hæresis.

- a Pro intelligentia terminorum. ] Adde, vt per Riminal. iun. in consil. 395 volum. 4. vbi latissime, quando quis dicitur hæreticus formaliter, & proprie, & quibus signis talis demonstratur.
- a & ¶ quando dicatur conuictus de hæresi, & an testes singulares probet hæresim, & quado semel tortus pro habenda veritate hæresis repeti possit, nedū se undo loco, sed etiam tertio, & quo gradu torture, & de protestatione faciendâ, antequam reus torqueretur per Iudicem, de f. abiuratione faciendâ, & quando relapsus censetur, & de penitentiâ abiurato imponenda, de relapsu verè, vel fictè, & quomodo procedendum sit reo abiurante recusante, & quomodo agendū sit circa pertinaciter loquentes qui conuicti tenaciter defendunt errores, nec volūt illos detestari, nec abiurare, nec ad Ecclesiā redire, vide etiam omnimodò Decia in tract. crim. lib. 5. c. 16. to. 1. vbi accumulauit ¶ centum quinquaginta, & vnū casus, in quibus Christianus dicitur hæreticus, & in sequentibus capitulis habetur, in quibus casibus nõ dicatur hæreticus: hæresis atrocitas: qui sint Iudices in causis hæresis, quæ possint Inquisito res hæresis, & quæ non possint, de officio ecclesiasticorum Iudicum in causis hæresis, & eorum penis de Iudicibus secularibus, quæ leges sint seruandæ in causis hæresis, de processibus contra hæreticos, quomodo sint formandi, per inquisitionem quomodo ¶ procedatur in hoc crimine, quomodo per denunciationem, de exceptionibus de citatione, de carceratione, quod proceditur summariè, & de plano in hoc crimine, & ¶ de manifesto, notorio, & occulto hæretico, & deprehenso habetur in cap. 53.
- 7 Item ¶ adde, quod tenens penes se libros prohibitos iudicatur hæreticus de iure ex Concilio Tridentino secundum Carocc. in cap. nunquid, par. 2. fol. 137 num. 26. de reg. iur. in 6. Sed de hoc amplius est deliberandum, secundum Bursat. in conf. 7. num. 5. vide etiam in Apostillâ ad Rom. in sing. 326. vbi hoc limitat tribus modis.
- 8 Item ¶ adde, an hæretici dicantur quærentes scire furtū occultum cum phiala plena aqua, candelis accensis, & pueris, aut puellis virginibus interpositis, quædam verba dicentibus, & ¶ an eius cognitio pertineat ad officium Inquisitoris, et de alijs ad Nigromantiam pertinentibus Rim. iun. in conf. 414. vol. 4.
- 10 Adde ¶ quam penam mereatur hæreticus, per Menoch. de arbit. iudic. cas. 374. & per eundem in cas. 372. habetur, ¶ quomodo faciendâ sit abiuratio hæresis, & in casu seq. quod hæretico incontinenti in viam reuerso parciatur, & quando dicatur reuersus incontinenti, & latissime per Decia. in tract. crim. tomo primo, libro 5. cap. 40. de penis heret. in capitul. 41. de penis hæreticorum spiritualibus, quæ ani-

§. HÆRESIS.

Pro intelligentia terminorum, quæro quis dicatur proprie hæreticus. Respond. quod hæreticus proprie (secundum aliquos) dicitur in duobus casibus tantum: Primo, quando sentit de articulis fidei aliter, quàm sentiat Romana Ecclesia. Secundo, quando melem sentit de Sacramentis Ecclesiæ: & ita tenere communiter Doctores dicit Boss. in titu. de heret. numer. primo, Tu verò dic, quod non modò est verè hæreticus ille, qui male sentit de Articulis fidei, vel de Sacramentis Ecclesiæ, sed etiam ille qui habet peruersum dogma, vel gignit nouas opiniones falsas, aut veteres falsas, & ab Ecclesiâ damnatas sequitur. ita dicit Gloss. in Clem. vnica in Gloss. pennit. de vsur. & ita tenent Doctores. vt dicit Franciscus Squillac. in tract. de fide cath. capitul. decimoquarto. Hinc infertur, quod si aliquis asserat simplicem fornicationem non esse peccatum, erit iudicandus hæreticus: & ita fuit decisum in curia Tolos. teste Ausrer. decis. 346. Item fuit quesitum: quæm re-

- 12 amissionis dignitatum, & in capitul. 49. habetur, ¶ quando penæ in hoc crimine possint augeri, vel minui, vel cumulari, vel commutari, & in cap. 50. habetur, quomodo ¶ vniuersitas hæretica puniatur, & in cap. 51. habetur de fauoribus, & receptoribus hæreticorum, & quibus penis puniantur, & in cap. 38. habetur de sententiâ, qualiter contra hæreticos sit ferenda. Baiard. Pro intelligentia. ] Vi gel. M. I. R. 1. cap. 13. de hæresi. Decian. tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 4. Ros.
- 2 At hoc autem, vt aliquis dicatur hæreticus, primo requiritur, quod sit baptizatus: nam ¶ Iudæi, Pagani, vel Mahumetani non sunt hæretici. Et hoc receptissimis Doctorum sententijs comprobatur, vt dicit Simancas de hæret. capit. 31. numer. tertio, Item requiritur, quod scienter erret in fide catholica, approbando falsa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerso, & hæc est omnium Doctorum concurs, & vnanimis sententia, vt dicit Simancas in allegat. capitul. 31. numero quinto, ¶ Item quod sit pertinax in sua opin. alias nunquam dicitur hæreticus. Et in hoc omnes concordant. Fortius dicit Innoc. in capit. primo, in vltimis verbis, de summa Tirnit. quod si quis habet fidem implicitam, quia scilicet credat illud, quod credit sancta Mater Ecclesia. sed falso opinetur, motus
- 14 si Ecclesiasticus ¶ tradit conuictum de hæresi puniendum iudici laico, & tēporaliter teneatur punire non viso processu, & sic stare sententiæ condemnationis latæ per Ecclesiasticum? & concludit teneri, & nu. seq. nisi addendo nouas penas, v. sius per eundem. Giach. d Non esse peccatum. Supple mortale. Vt habetur etiam per Lud. Carer. in d. tractat. nu. 17. & forte fuit omissum errore typographi in textu, in summatario etenim reperitur expressum. Giach. e Censebitur hæreticus. ) Adde idem de eo, qui dicit non esse soluendas decimas, & clericos esse expellendos his temporibus quia malè viuunt. Et eodè modo de illo, qui dicit, non esse peccatum duas vxores accipere. Nam hæreticus reputatur sit cundū Dec. in c. 1. ante nu. 14. de offic. deleg. Vbi etiam ponit illos duos casus descriptos ab authore, qui Dec. sub. nu. seq. dicit etiam, quod Inquisitores possunt procedere contra Dominū temporale impediendè familiā suā in delatione armorū. Et Carer. d. tract. nu. 28. & 90. Crau. conf. 262. col. 1. verfi. planè, innuit hæreticum esse, qui male dixit de Ecclesia, qui mandata Pontificum despexit, qui precepta Quadragesimæ non impleuit, & conf. 280. col. penult. in prim. inquit quod quando quis negat decimas esse soluendas simpliciter, & absolute propterea malā vitam clericorū. esset hæreticus, & Carer. nu. 37. d. tract. post nu. 6. quem, vide, quia alios etiā ponit casus. Giach. f Iudæi. ) Adde quod possunt ¶ tamen puniri ab Inquisitore vbi delinquant in his, quæ proprie sapient hereses inter Christianos, sed in his, quæ non pertinent ad articulos fidei, sed solum ad opprobrium, vel contemptum, puniet eos secularis, vel ecclesiasticus, vide per Fel. in cap. postulasti, numer. 4. de Iudæis, vbi vtrunque casum exemplificat, & per Carer. de heret. nu. 91. Giach. g Item quod sit pertinax. ) Ideo penitentia prodest hæretico, modo quo infra, §. fin. q. 60. verfi. fui quandoq; infra hoc



hoc eodem. §. vers. sed quaro, ibi certum si hereticus; vtrum ad probandum quem esse hereticum sufficiant testes singulares, vt potest vnus dicat audisse G. dicentem Christum non esse natum de Virgine; aliter dicat audisse eundem G. dicentem equalitate non esse in Trinitate, ac similia; vide Alexand. in conf. 100. sub nu. 5. vol. 1. & an si quis simpliciter dicit esse hereticum nulla expressa heresis causa; punitur postea? Quod non, dicit Craue. consil. 26. sub nu. 3. in his enim. quæ iuris sunt sola confessio non præiudicat. Idem Craue. cōf. 29. nu. 2. conf. 48. nu. 7. & conf. 93. nu. 1. Tamen quia negari non potest, quin tales verba mixtum in se contemptum non habent, talem ego punirem, si non vt hereticum, vt contemptorē, infra ad q. 60. vers. 1. pro quo vide infr. in §. fin. q. 55. vers. quomodo autē, ubi in genere aliqua delicta commissia. Drogh. h. Impetrare.) De illo consil. Cald. meminit Cran. consil. 202. post. n. 7. vide ibi. Giach. i. Hoc crimen.) Dec. d. lib. 8. c. 26. nu. 4. Ros. k. Transiunt omnes.) Adde, & hoc frequentiori calculo receptum esse etiam testatur Rol. suo conf. 20. num. 10. lib. 3. Giach. l. Et scias.) Decian. d. nu. 4. Ros. m. Hæretica prauitas.) Sed an ordinarius requisitus ab inquisitore, seu eius Vicario teneatur ire ad inquisitionē. Et quid si noluit, vtrum inquisitor teneatur ire ad ipsum, ut causa in Episcopi tribunali terminetur? Vel an Inquisitor, seu eius Vicarius possit inceptam causam absq; illo proficere, & finire, vide plenē per R. Patrē meum F. Vincen. Giac. in suis opusculis; q. ult. char. 50. Giach. n. Tantummodo declarat.) Sed per talem declarationem dicitur exequi per modum antecedentis: Vnde similiter dicitur, quod si Iudex declarat quem esse prod-

ratione naturali, quod pater sit maior, vel prior filio, vel quod in Trinitate tres personae sint res à se inuicem distinctae, non est hereticus, neque peccat, dummodo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum sic credere, & suam opinionem fidei ecclesie supponat. Et hæc dicit esse famosa verba Lupus in allegatione heresis, §. 4. col. 3. ubi subdit, quod alij Doctores hoc sequuntur, & dicit esse valde notandum. Aduerte etiam, quia illud, quod dicitur, quod dubis in ijs, quæ sunt fidei, est hereticus, intelligendum est, vt procedat, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciā, propter quam perseuerat in illa dubitatione; alias secus, ita dicit Ioa. And. in capit. 1. de her. quem alij sequuntur, vt dicit Lupus in loco præallegato. §. 5. in princ. 3. Sed nunquid ille, qui metu mortis, vel tormentorum, vel alia ex causa ore Christum negat, credit tamen corde, censendus est hereticus? Respond. quod talis quidem mortaliter, & grauissime peccat, vt dicit gl. in c. non solum, in c. fi. 11. q. 3. Doctores tamen illum non iudicant hereticum, vt attestatur Cald. consil. 4. de heret. Solent tamen tales reconciliari ecclesie per Episcopū, & absolutionis, ac reconciliationis litteras ab eo impetrare, 4. i. Hoc crimen heresis est merè ecclesiasticum, & ideo eius cognitio ad solos iudices ecclesiasticos spectat: neque potest iudex laicus aliquo modo in eo se intromittere, et cū hac conclusione transiunt omnes in differenter, vt dicit Alci. in c. 1. nu. 73. de offic. ord. Dicit tamen præc. Millai fol. 75. nu. 38. quod hodie est iudex secularis cognoscit de crimine heresis, et q. ipse vidit plures hereticos propter hoc crimē iudicatos à Proposito Parisiensi ex indulto summi Pontificis. Verū apud nos hoc seruatur, sed cognitio spectat ad ecclesiasticū, et punitio ad laicū, prout et in practica obseruari attestatur Lupus de donatio inter virum et vxorem, fol. 184. post nu. 22.

1. Et scias, quod hæc conclusio adeo vera est, & nequeiā possit iudex secularis, postquam ei traditus est à iudice ecclesiastico aliquis de heresi condemnatus super ipso crimine aliquo modo cognoscere, neque penam à iure impostam commutare, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 96. vers. quæ ero etiā Bene potest iudex laicus detineri facere suspectos de heresi, vt deinde eos tradat iudici ecclesiastico competenti. Et ita rescripsit Senatus pretori Cremonæ, 18. Iunij 1557. P. N. Sed quis inter ecclesiasticos est iudex competens in causa heresis? Resp. in hac causa Episcopi sunt iudices ordinarij Delegati autem sunt inquisitores hereticæ prauitatis. Et potest vterque eorum procedere simul & diuisim: non tamen possunt aliquem condemnare, nisi vterque interueniat. Sed nunquid poterunt absoluerē? Resp. gl. in Clem. 1. in verbo, Contra eos tenet, quod sic, ex quo ius antiquum solummodo correctū est in condemnatione. Et opi. illius gl. dicit esse cōem præc. Carer. fol. 601. nu. 72. 6. Scias tamen, quod licet iudex ecclesiasticus de hoc crimine solus cognoscat, non tamē ipse condemnat ad penam ignis, sed tantummodo declarat reū esse hereticum, & remittit iudici seculari puniendū, & ita obseruat cōsuetudo, vt dicit Bos. in tit. de foro cōp. post. n. 61. 7. Sed quæro, quæ sit pena heresis. Resp. Si hereticus nolit ad fidem ecclesie redire, tūc de consuetudine igne cōburi, vt attestatur Vitalis de malefic. in rubr. de crimine heresis, nu. 6. in fi. quæ refert Chassan. super consue. Burg. fo. 44. nu. 3. in fi. Idē dicunt Scribētēs in l. cunctos populos, C. de summa Trim. et in specie Aret. nu. 11. Purpur. nu. 90. Gril. de crim. lib. 1. q. 3. n. 3. Et dicit Bertr. conf. 212. nu. 3. li. 2. in 1. part. quod ita interpretata est generalis consuetudo. Idē dicit Gundif. de heret. q. 15. nu. 3. quem refert Præc. Conradi. fol. 346. circa princ. Præc. Corn. fol. 630. nu. 132. Simancas de her. c. 45. n. 9. quæ refert. Don. Ant. de Padilla in l. trāsfigere, n. 98. C. de trāsac. Præc. Iod. c. 61. n. 50. Ceterum si hereticus peniteat, et paratus sit redire ad fidem ecclesie, et abiurare suā heresim, euitat penam de iure hereticis impostam; est tamē ad perpetuos carceres cōdēnādus. Et hæc cōmune sūam Legislarū, & canonistarū

gum, subsequenter eidē interdicit administrationem, ut per Craue. de antiq. temp. par. 4. vers. Transeo nūc, nu. 66. Vnde de declaratoria dicitur equi pollens sententiæ cōdēnatoriæ, ut per Tirac. in l. vnquam in verb. reuertantur sub n. 371. C. de reuo. don. Adde Cra. conf. 79. sub n. 4. Gram. decif. 6. nu. 12. Menoch. de retin. post. remed. 3. n. 192. Dec. rub. de appell. nu. 33. cum seq. Drogh. o. Sed quæro.) Adde etiam de penis ordinarijs, vide eundē per Lud. Carer. tract. iuo. de her. nu. 143. usque ad n. 158. Et qualiter euadantur, & de penis receptatorū uique ad fin. & per dicit. conf. 78. nu. fin. Giach. p. Num. 132.) Vbi multas penas ordinarias in proprio ponit. Giach. q. Ceterum si hereticus.) De heretico, quem penitet, Fatin. q. 124. p. 3. nu. 161. Ros. r. Heresim.) Heresis abiuratio quomodo fit facienda, diligenter explanatū, vide per Iac. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centu. 4. cas. 372. per totum. Giach. s. Ad perpetuos carceres condemnandus.) Adde, & per Car. tract. suo sub nu. 62. 133. & 159. ubi etiam Inquisitores poterunt penam perpetui carceris commutare, nisi tamen abiurasset, & postea incidere in aliam, aut eandem heresim; tūc enim relapsus, statim absq; alia audientia traditur Curie seculari, cap. super eod. & accusatus. de her. iib. 6. cum per eū dem Cer. citatis, quintu. 54. supr. eod. idem tener post relatos, de eo, qui accusatus abiurasset iudicio licet, cōtra eū plenæ probationes non fuerint, qui si reicidat in eadē, vel aliam pro vero heretico habetur. Giach. Item

Item intellige.) Alioquin infinitas non ciuitaretur. Quo argumento in sui proposito vtriusq; Marfil. rubri. de fide iust. num. 97. vide infra q. 46. vers. quæro, quæ ibi dixi. Drogh. Item intellige.) Adde an abiuratus in iudicio heresim propter vehementem presumptionē, si iterato labatur, nūquid relapsus sic dicitur, & gl. in c. accusatus, de her. dicit quod sic. Giach. u. Et nota quod.) Adde vidēdum t. Decian. in tractat. cri. m. tom. 1. lib. 47. ubi latissime de abiuratione, & quomodo sit facienda, & in cap. sequi. habetur de purgatione. 19. Item fadde quod quod si cuique quis pena ignis punitur, tūc concremari debet, l. uniuersis. C. vbi fiscal. caus. Cori. in sing. 15 in verb. pena incip. aliqui diuidentes. Baia. x. Licet ipso iure.) Adde quod alias stat. Decretum Mediol. consil. cans. bona, de quo infr. in §. fin. q. 78. vers. vltimus q. ero ubi in hoc Ducatu: Quo stante, nec eximens se à pena mortis recuperat bona, quæ remanēt, aut fisco, aut alteri succedēt, aut intestato, siue etia de facto occupanti, vt d. q. 78. vers. vltimus quæro, & q. 59. vers. sed quæro, & ibi dixi: limita ergo ius præscriptas deciuones in heretico, vt hic, & nota in heretico, quod licet bannitus post annum audiri non possit, nisi fuerit admittus à Principe, vt est infr. q. 66. vers. sed nunquid; tamen hereticus in contumaciam damnatus tanquam de heresi suspectus, imò cōuictus, audiri; licet bannitus non recuperet, modo quo per Chaitar. de execut. sentent. c. n. 278. cū seq. Drogh. y. Sed vsque.) in clerico autem, vt recuperet beneficia, vide per Lud. Carer. d. tract. post nu. 159. qui num. seq. ponit relatiuē formā iuramenti redeuntis ad formā abolutionis cum penitentia. Et adde, & vide in iud. inquisitor. atque in dire-

rum Igneus in l. 1. §. cum dominus, num. 32. ff. ad Syllan. Benè verum est, quod hodie ista pena potest per superiorē, & etiam per inquisitorē in aliam commutari, vt est text. in cap. vt commissi, de her. in 6. Intellige per superiorē, iudicem ecclesiasticum: nam iudex secularis non potest illam commutare, vt dixi in d. quest. 96. vers. quæro etiam. Item intellige, nisi esset relapsus, tunc enim omnino est igne cremandus, etiam si velit penitere, & ad fidem ecclesie redire. Et nota, quod quando hereticus non relapsus, ante sententiā penitere, & abiurare paratus est, non modo euitat penam mortis, sed etiam confiscationem bonorum, licet ipso iure a die commissi delicti sit imposita. Et hæc est magis communis opinio. vt attestatur Paris. conf. 2. nu. 185. & seq. lib. 4. Sed vsque ad quod tempus erit admittenda hæc penitentia? Respon. Aliqui dicunt, quod non admittuntur, nisi statim post deprehensionem erroris sponte ad ecclesie veritatem, & unitatem redierint. Et hanc opi. tenere communiter Canon. affirmat Gril. in tract. de heret. quest. 5. quem refert Simancas de heret. cap. 46. num. 8. licet subdat, quod ipse ferè nullum inuenit, qui hoc teneat. Alij verò dicunt, quod non sunt admittendi nisi vsque ad sententiā, et ita in Hispania obseruatur, vt tradit Simancas in d. c. 46. nu. 11. Alij verò dicunt, quod semper admittuntur etiam post condemnationem. Et hæc opi. est mitior, et etiam magis communis, vt dicit Boer. decif. 347. nu. 3. et 4. Idem dicit Præc. Carer. fol. 642. post nu. 159. Et dicit Bos. in tit. de foro compet. post nu. 137. & in tit. de her. num. 20. quod ita seruatur, prout etiam alias obseruatum fuisse attestatur Card. in cap. ad abolendam, col. 1. de heret. nam Ecclesia nulli gremium claudit, nisi ijs, qui sunt in heresim relapsi. Et secundum

dam hanc opin. in facti continencia consuluit Bartr. conf. 212. lib. 2. in 1. parte. 10. Et nota in hoc proposito vnum, quod prima facie videtur mirabile, quod si aliquis imputatus, & conuictus de heresi, puta, quod dixerit, seu tenuerit aliquid hereticum, et contra fidem sanctæ Ecclesie, & paratus sit abiurare heresim, & fateri illam opinionem esse hereticam, & erroneam nolit tamen confiteri, quod ita dixerit, sed ita dicat semper credidisse, et credere illud, quod credit, et tenet sancta mater Ecclesia, & talis non admittitur ad abiurationem, nisi fateatur se ita dixisse, prout conuictus est: Et si perseueret in negando, est igne cremandus, tanquam impenitens: ita decidit per dominos de Rota decif. 875. accusatus quam decif. ego didici à Reuerendissimo Viro Episcopo Albenfi viro clarissimo, & mihi amicissimo, et postea reperi Rebu. in pract. beneficia. fol. 469. nu. 20. & seq. qui idem tenet, prætereaq; attestatur se ita vultisse seruari contra quendam astutum hereticum. Et hanc sententiā receptam esse affirmat Simancas de heret. cap. 47. num. 20. & seq. Mihi certe hæc opin. semper est visa rigorosa: non enim video, quomodo iste possit dici hereticus, cum non sit pertinax in errorem, vt eleganter considerat Boer. decif. 341. nu. 4. Me tamen remitto determinationi sanctæ matris Ecclesie. 11. Idem etiam (secundum aliquos) esset dicendum, si hereticus nollet facere emendationem, ad quam esset condemnatus, puta, vt publice incederet cum aliquo signo penitentis: nam eo quoque casu esset igne cremandus, prout vidisse Parisijs practicari contra quendam Io. Berquin, attestatur Millens in pract. crim. fol. 10. num. 112. et fol. 148. num. 55. Et ita vsu comprobatum esse attestatur Simancas de heret. in d. c. 47. nu. 23. licet contrarium in falso consultum vidisse attestatur Calder. c. litteras, de præsumpt. in quodā Senensi, cui pro penitentia, siue emendatione iunctum fuerat, vt sex menses non ingrederetur ciuitatem: quod etiam refert Franc. Squillac. in d. tract. de fide cath. c. 19. Quæ opi. mitior est, et iudicio meo tenenda, nisi cum contumacia concurrerent aliqua alia coniectura,

etorio. Giach. y. Sed vsque ad quod tempus.) Adde vidēdum omnino Decia. in tract. cri. tom. 1. lib. 5. c. 54. n. 3. ubi latissime hanc questionē tractauit, & totā materiam de penitentibus hereticis. Barardi. z. Relapsi.) Nam eis denegatur audiētia, quo ad penam corporalem euadendam, & tantū conceduntur sacramenta, si manifesta sunt signa penitentia, vt habetur d. c. sup. eod. de heret. in 6. & tradit Lud. Carer. in d. suo tract. Giach. 22. Relapsi.) Adde t. quis censetur relapsus, ita ut seculari brachio fit dimittendus, latē per Rimin. iun. in consil. 686. vol. 6. & per Decian. in tracta. cri. to. 1. c. 56. ubi etiā de relapsorum penis, & quādo relapsi, morte puniri debeant. Baia. a. Erroneam.) Obiter quæro, nunquid Notarius, qui confessus est errores hereticos, ad S. R. E. reuerfus possit officium tabellionatus ad bancum iuris exercere, uide per Hip. de Rimin. consil. 185. Giach. b. Idem etiam.) Adde ad idem, & per Lud. Carer. in iuo tract. de heret. nu. 18. Giach. c. Aliquo signo penitentia.) Vt per crucis impositionē, ut alij terreantur, ut per Lud. Carer. in eod. tract. post nu. 158. vers. i. em punitur. Giach. d. Tenenda.) Adde, & banc opinionē sequitur nouissimè Hippol. Rimin. in consil. 150. qui defendit mulierem inquisitam de pena relapsi, cui R. Inquis. iniunxerat de domo, quā sibi pro carcere præfixerat, exiret, & exiuit sine licentia. Giach. Flam-